



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

35. An mater, quæ procuravit abortum, incidat, in excommunicationem
Sixti V.? Et an procurantes abortum per se, vel alios; aut cooperantes ope,
consilio, vel alia ratione, contrahant ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Et an et casu abortus Episcopali excusetur, qui ne liberos suscipiat, vel alia de causa, puta ex odio mulieris potione in praesentem quo minus concipiat? Ex p. 7. tractat. 5. Ref. 13.

Affirmative respondet Petr. Gregor. in syn. jur. p. 3. lib. 36. cap. 15. num. 20. sed oppositum dicendum est cum Scortia in Bull. Pont. theor. 377. ubi sic ait: Sed nunquid comprehendantur his poenis viri aut mulieres in copula tetrahentes se ab emissionem, & receptione seminis in vase debito, vitandae generationis causa? Affirmat idem, qui supra Petr. Greg. loc. cit. quoddam impedimentum praestent, quominus foetus concipiantur. Oppositum docet Sayrus in thes. leg. 3. cap. 35. num. 27. Bonacina de contr. d. 2. quest. ult. sect. 1. part. 7. num. 6. quoddam Mens Pontificis sit agere de abortu foetus, sive animati, sive inanimati; ubi autem seminis receptio non est, non fit foetus, & consequenter nec abortus. Adde, si id admittatur, necessarium esse idem in multis aliis admitti, ut quisque per se videre potest, & denique non sint extendendae poenae. Ita Scortia, cujus sententiam docuit iterum Bonacina tom. 3. de Cens. in practico. disp. 2. quest. 2. punct. 10. num. 14 & novissime illam docet Dicastill. de iust. lib. 2. tr. 1. disp. 10. dub. 13. num. 183. & Portel. in dubiis Regul. ver. Abortus num. 4.

2. Hic notandum est ex casu abortus Episcopali excipi illum, qui ne liberos suscipiat, vel alia de causa, puta ex odio mulieris potione praebet quominus concipiat. Et ratio est, quia iste non dicitur proprie abortum procurare, sed tantum impedire conceptionem, sive agere, ut semen non sit prolificum, quae duo distincta sunt, ut patet. Vnde in Tabella Aetna, ut habet Belloc. n. 94. ut etiam casus iste comprehendatur, reservatio fuit lata in hac verba, abortus, aut sterilitatis, in quavis foemina procuratio. Etiam excusatur eum, qui in actu matrimonij, vel copulae se abstinere vel retrahit a seminis emissionem, ut conceptio vel generatio impediatur. Et ratio est eadem, quia hoc non est procurare abortum. Verum tamen mortaliter hunc peccatum, quia dicitur privare naturam effectui suo cum privet semen vita, ad quam directe tendebat. Quare de Onano filio Iudae dicitur Gen. cap. 38. quoddam cum iussus esset ingredi ad uxorem fratris sui Her, jam defuncti, & illi sociari, ut fratris sui semen suscitaret, percussus est à Domino; eo quoddam tem detestabilem faceret, fundendo semen in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. Et haec omnia docet Mazuch. tractat. de cas. reser. disputat. 2. cap. 3. quest. 3. num. 43. & 44.

RESOL. XXXIV.

Virum maritus habens copulam cum uxore, si ex magna corporis agitatione sequatur abortus, incidat in censuras?

Et an maritus, vel pater, si uxorem, aut filiam verberasset, unde illa furore percita abortum fuisset passa, incurrat in poenas abortus?

Et an liberetur à poenis impositis contra procurantes abortum ille, qui in praesentia mulieris, cum qua rem habuisset, diceret, nollem te esse gravidam, quia inde aliquod grave malum tibi, & mihi suspicor eventurum, unde ipsa abortum procuraret? Ex part. 7. tractat. 5. Ref. 30.

Quamvis non plene sup. hoc ne delectas tamen sup. in re, & procurare licet enim inter illos licita sit libido,

Respondent aliqui affirmative, quia in probabili periculo abortus, quoties cautionem non adhibeant ad illum vitandum dicuntur illum intendere. Et ratio est, quia licet enim inter illos licita sit libido,

non tamen licita est procuratio abortus. Secus vero si debeat diligenter, & iustam cautelam adhibere, quia tunc sicuti excusatur à peccato mortali ita & à reservatione.

2. Verum mihi placet distinctio quam adhibet Floronus de cas. reser. p. 1. casu 5. num. 9. v. 1. Si enim vir, & uxor nimia utantur libidine ea intentione ut abortus sequatur, tunc incidunt in casum. Secus vero si abortum non intenderent, sed tantum explere libidinem: tunc enim licet ex illa corporis agitatione abortus fuisset secutus, & illum aliquo modo praeviderent, adhuc tamen illos excusant ab hac reservatione. Et ratio est quia licet i peccasset mortaliter, & essent in culpa: non tamen diceretur procurasse abortum, quia non studiosè, nec ex industria ille fuisset quaesitus.

3. Hinc licet aliqui asserant incurere in poenas Sixti abortus, qui uxorem suam graviter verberasset, unde to in hoc illa furore percita abortum fuisset passa; Tamen magis placet illum in reservationem incidisse, quoties uxorē suam verberasset ea intentione ut abortus sequeretur; verbum enim ipsum, procurare, significat studiose, & ex industria quaerere: quoties maritus, vel pater, uxorem, aut filiam verberando praevideret periculum abortus, peccasset quidem mortaliter: si tamen illum non intenderet dicendus esset immunis ab hac reservatione: non enim in casum hunc incidunt quotquot sunt causa abortus, sed tantum, qui illum procurant.

4. Non tamen liberarem à poenis impositis contra procurantes abortum, illum, qui in praesentia mulieris cum qua rem habuisset diceret, nollem te esse gravidam, quia inde grave aliquod malum tibi, & mihi suspicor eventurum: unde ipsa, & malo iura obviam, & amatori gratificatura abortum procuraret. Intellige tamen hoc verum esse, quoties desiderium hoc exprimendo adverteret futurum, ut perditia foemina abortum procuraret: in hoc enim casu diceretur per alium procurare abortum.

RESOL. XXXV.

An mater, que procuravit abortum incidat in excommunicationem Sixti V?

Et an procurantes abortum per se, vel alios, aut cooperantes ope, consilio, vel alia ratione, contrahant excommunicationem Sixti V. cuiuscumque gradus conditionis, vel ordinis existant, tam laici quam Clerici; seculares, aut Regulares cuiuscumque ordinis, imo etiam mulieres seculares, & professae?

Et an excusetur ab excommunicatione mulier, que per metum cadentem in constantem virum cogitur sumere potionem, ex qua abortus sequatur? Ex part. 7. tractat. 5. Ref. 7.

Negativam sententiam docet noster P. Naldus in summ. ver. Abortus, num. 1. ubi sic ait: Abortum proprium procurans mulier praegrans, quamvis prima facie videatur incurere excommunicationem latam per Sixtum V. contra procurantes abortum, aliud tamen dicendum venit, si recte dependantur verba ejusdem Pontificis qui in prima parte suae Constitutionis incip. Effrenatam, & infra, varias poenas temporales infligit contra huiusmodi scelus perpetrantes; in secunda vero, ibi, super us immo-nissimi, inflert poenam excommunicationis, & in hac parte nulla prorsus mentio fit mulieris praegnantis, proprium procurantis abortum, in hoc forte compatiendo ejus sexus fragilitati; cum tamen in praedicta prima ejus parte semel ac iterum in ordine ad poenas

temporales expressè meminerit ejusdem fœminæ proprium procurantis abortum, ut ibi prægnantes ipsas mulieres; & postea, ibi, ac mulieres ipsarum, quæ eadem pocula sponte, &c.

2. Nec obstat, quod immediatè præcedant illa verba, sive, ut principalis, sive, ut socia; quia illa vox, principalis, intelligi debet de principali dando medicamenta, seu pocula abortienti; quod apertè probatur ex illo verbo, dederint, à quo regitur illud nomen, principalis quæ enim reguntur ab eodem verbo, eandem recipiunt qualitatem, & qualificanc totam orationem Bart. & alij in *l. talis scriptura, de leg. 1. Doctores, in c. secundo requiris de appell. ubi Dec. late, col. 2. & sequitur Rot. decis. 59. num. 5. Seraph. & insuper, quia subsequenti magis declarant præcedentia, quàm è contra, & verba, ubi clara sunt, non sunt cavillanda, nec ab eis recedendum; neque sunt extendenda ultra intentionem legislatoris. Ita Naldus, cujus sententiam non videtur improbare Machadus de pers. Confessor, tom. 1. lib. 2. part. 3. tractat. 17. docum. 9. num. 1.*

3. Sed ipse meritò addit contrariam sententiam esse communem, sic enim ait: [Defta de comunione comunmente asiman los Doctores, que comprehendien tambien à las mismas madres, que procuran el aborto; porque las palabras de la dicha constitucion son universales.] Ita ille. Nec aliter sentiendum est.

4. Et ita nominatim contra Naldum tenet Dicastill. de Ind. lib. 2. tract. 1. disp. 20. dub. 13. n. 179. Filiuc. tom. 1. tract. 14. cap. 6. num. 4. Bonacina de Cens. in part. tom. 3. disput. 2. quest. 2. punct. 20. num. 12. 13. Dicendum est igitur omnes procurantes abortum per se, vel per alios, aut cooperantes ope, consilio, vel alia ratione in præcedentibus explicata excommunicationem Sixti V. contrahere, cuiuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, tam laici, quam clerici seculares, aut regulares, cuiuscumque ordinis; imò etiam mulieres seculares, vel professæ: isti enim omnes in Bulla exprimuntur.

5. Ex quo patet etiam ipsasmet fœminas prægnantes socias, seu concias abortus, huic censuræ subijci: textus enim loquitur non solum de cooperantibus, verum etiam de ipsismet fœminis, quæ vel ut principales, vel ut sociæ, concias sunt talis criminis per opè, consilium, favorem, potionem, &c. Non desinam tamen hic adnotare in defensionem nostri P. Naldi suam sententiam docere Avil. de Cens. p. 2. cap. 5. disput. 3. dub. 12. concl. 2. §. Quinto, ubi tenet motum Sixti V. quantum ad excommunicationem, non comprehendere fœminas procurantes abortum in seipsis, ut patet ait ipse attentè consideranti litteram, & ita sententiam Naldi me etiam citato tenet novissimè Alphons. de Leone de cens. Recoll. 7. num. 34.

6. Notandum est tamen hic cum Mazuchello tract. de Caserefer. disput. 2. quest. 3. num. 48. excusari mulierem, quæ per metum cadentem in constantem virum cogatur sumere potionem, ex qua abortus sequatur. Et ratio est, quia quoties coacta sumit potionem, ex qua secutus sit abortus, non dicitur studiosè quærere, ut factus abigatur; Ergo non dicitur procurare abortum.

RESOL. XXXVI.

An flante aliquarationabili causa liceat aliquando sterilitatem in uxoris procurare?

Et adducitur notabile dubium pro praxi prædictæ difficultatis.

Et an, hoc fieri prohibeatur in Bulla Sixti V. de abortu?

Et docetur non licere præbere pharmacum directe tendens ad fœtus nondum animati ejectione etiam quando non potest aliter matri succurri. Ex p. tract. 14. & Misc. 2. Ref. 90.

§. 1. **A**ccidit in hoc Regno casus notabilis, de quo interrogatus fui. Antonia viro nupta per plures partus, seu abortus fœtus mortuos peperit abortiendo circa sextum vel octavum mensem & fœtum mortuum ac denigratum pariens quandoque sanum, quandoque frustratum, idque provenit ei ob uteri malam intemperiem fluxu putridorum humorum à lue Gallica fortè contractam, & factis adhibitisque primò canonicis remediis, dicto morbo obviari non potest. Nam adhuc abortus facit maximo cum vitæ discrimine. Vertitur in dubium, an in casu posito liceat Medico Christiano sterilitatem inducere, cum fœtus semper mortui emittantur, & patiens in abortiundo incidat in mortis periculum? Et affirmativam sententiam docet Torrebianca in pract. jur. spir. lib. 12. cap. 13. n. 31. & 36. ubi sic ait. Sterilitas procurari non potest, neque ex causis naturalibus, quia conceptionis via impeditur, nisi probabiliter constet mulierem in partu vitæ discrimen subituram, vel quia nimis arcta, vel præ uteri angustia ferri nequeat, quia Medico perito licebit ei poculum sterilitatis præbere ne concipiat. Ita ille.

2. Sed, pace viri docti, hæc opinio mihi displicet, & ideo contrariam meritò docet in terminis huius casus Turrianus in quest. 2. 2. D. Thom. tom. 2. disput. 26. dub. 2. num. 45. vide etiam Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 9. disput. 20. num. 2. 8. & 10. Navarrum in manuali cap. 16. num. 35. Sylvium in 2. 2. D. Thom. quest. 64. art. 7. quæritur 4. conclus. 3. Filiucium tom. 1. tract. 29. cap. 7. num. 101. asserentes nullo bono fine honestari posse sumptionem potionis qua prolis conceptioni obstat. Et idem etiam tenet Rodriguez in sum. tom. 1. cap. 15. num. 1. ubi sic ait. [Pecado es contra natura tomar la muger alguna bevida, o dar sela, o por otra via impedir la generacion, y este pecado es tan intrinsecamente malo, que ninguna circunstancia le puede honestar.] prolis enim conceptionem, quæ nata est sequi ex copula carnali impedire est contra naturam, & naturalem finem generationis; & idè hoc facere prohibetur in Bulla Sixti V. de abortu §. 5. & in c. si aliquis, de homicidio ubi Butrus num. 2. asserit, paria esse occidere, vel nasci impedire.

3. Nec valet dicere cum Tannero tom. 3. disput. 4. quest. 8. dub. 4. num. 61. quod dicta decreta intelligi debent extra causam iustam. Vnde in d. cap. si aliquis, sic habetur. Si aliquis explendæ libidinis causa, vel odij meditatione homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non possit generare, aut concipere, vel nasci soboles ut homicida teneatur, quod confirmatur ex doctrina ipsius Sanchez ibidem num. 9. & aliorum Doctorum penes ipsum, quibus ego addo Villalobos in summa tom. 2. tract. 12. difficult. 13. num. 8. Molfesum in summa tom. 1. tract. 11. cap. 19. num. 197. Tannerum loco citato & Layman lib. 3. sect. 5. tract. 3. part. 3. cap. 4. num. 4. asserentes posse Medicum ad vitandam mortem matris directè procurare abortum, nondum tamen animatum, quo supposito sic posset aliquis argumentari. Multo magis à generatione distat semen, quam fœtus jam ex semine conceptus licet nondum animatus, sed probabiliter asserunt citati Doctores, posse aliquem licite procurare abortum fœtus nondum animati ad tuendam vitam matris infirmæ. Ergo probabiliter etiam dici potest licitum esse procurare sterilitatem ad vitandam mortem matris provenientem ex conceptione fœtus modo quo supra explicatum est.

4. Verùm

Sup. hoc in ref. seq. & inf. in Ref. 45. post med. cursum in vers. Vex propter.

Sup. hoc in §. seq. huius ref. & inf. in Ref. 38. & 41. §. At his, ad lin. 5. & lege etiam doct. alij ref. ejus primæ not.